



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Quæst. 1. Quid est Baptismus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834



TRACTATUS SECUNDUS.

D E

SACRAMENTO

BAPTISMI.

CAPUT PRIMUM.

De definitione, institutione, & necessitate Baptismi.

Quaest. 1. QUID est Baptismus?

Resp. Divus Thomas, post Magistrum sententiarum, sic ipsum definit: *Baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma praescripta verborum*, à Christo Domino instituta, propter regenerationem spiritualem.

D. Th. 3. p.
q. 66. art. 1.
in corp.

Dicitur *Ablutio exterior*, quia, ut ait Divus Thomas, ablutio sanctificationem hominis operatur: additur, *Sub praescripta forma verborum*, in quo consistit forma Sacramenti; *Instituta ad spiritualem regenerationem*, quae proprius est hujus Sacramenti effectus, per quem ab aliis differt.

Quaest. 2. Quotuplex est Baptismus?

Resp. Unus tantum propriè loquendo est Baptismus, ut ait Apostolus, *Vna fides, unum Baptisma*. Potest tamen dividi in tria Baptismara, quae tamen includuntur, ut ait

2. Ephes. 4.